



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

**E**t metit ubi non seminavit, Id qd' nō debet nos ad temptationū animare, ut illū seruū nequā qui nō dedit pecunia domini sui ad usurā, sed potius timorē nos docere,

## CAPVT XXX.



**I**c est insignis locus contra hereticos qui negauerat poenitentiam lapsis. Iudei ē captiuitate Babylonica reducti sunt in terrā suam, illi, ut ait Esdras, quorū deus tetigerat spiritum. Hoc est illi reducti sunt in possessio nem terrenam qui ante iam in animis reducti erāt ad deū. Hodie reduci nō possunt nisi spiritualiter, id est, ut redeant ad deū et accipiāt benedictionem in semine Abrahæ promissam et hereditatē patris sui Iacob, ut dicitur Esa. 58. cum circūciderit dominus deus pucia cordis eorum, ut dicitur hic et cetera.

## Mandatum hoc quod.

Duplicem iustitiam scribit Paulus Ro. 10. Alteram legis siue operū quæ impossibilis est humanis viribus, ergo nulla est, nam foris incipit et ad uerā iustitiam quæ cordis est non peruenit. Alterā fidei per Christū quæ corde credit et ore confitetur. Haec est impletio legis: quemadmodū dicit, Finis. i. impletio legis est Christus: Hanc fidei et ueram iustitiam quæ est uita æterna, nō solum huius temporis uita in qua uiuebat operari legis, ait Paulus hoc loco à Moise esse descriptam. Ait

ergo. Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie non  
est suprā te. Hinc qui solent conspurcare scripturas  
afferunt liberū arbitrium & uires humanas dicentes.  
Non est suprā te, id est, suprā uires tuas, ut non possis  
implere sed facile est, cum hoc non agat Moïses, qui se  
exponit quid dixerit, Nō est suprā te neq; procul &c.  
dicēs, sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo & in car-  
de tuo ut facias illum. Non dicit, In uiribus tuis est &  
in tua potestate, quāq; certe tunc impletur quando fu-  
erit in corde per dilectionē sicut lex exigit & in ore  
per confessionem, sed hoc alienis uiribus non tuis asse-  
cutus es, id est, dei dono ut diligas & cōfitearis. Tunc  
Moïses cessat amplius exigere uidēs se assecutū quod  
quārebat, quemadmodū Christus dicit, legem & pro-  
phetas esse dilectionem dei & proximi. Est itaq; sena-  
tentia. Non suprā te est &c. Id est iam adeſt tibi & re-  
uelatur & prædicatur, ut non excuses &c. Id quod  
apertius hic dicitur quām ut negari possit. Et non ne-  
gigendū quod dicit. Ut audiamus atq; opere comple-  
amus, si illud præcesserit hoc sequetur sua sponte aut  
certe pro completo opere nobis à deo imputabitur.  
Audire uero in scripturis est corde suscipere, id est,  
credere omni uerbo dei & fidere eius promissiōni.

Considera q̄ hodie &c.

Exigit lex quā donare non pōt, nimirū iustitiam uerā.  
Iccirco tenet omnes homines sub dānatione. Christus

K 4.

autem superauit hoc sceptrū exactoris, Esa.9. Quod autem cōcludit, Elige ergo &c. eandē exactionem significat. Hoc enim qd' dicit, Elige, tam est in tua potesta te quām hoc quod dicit, Dilige. requirit autē hoc uerbo uoluntatē ut in Psal.1. scriptū est. Sed in lege &c. & plane idem dicit quod post eum omnes prophetae, nempe se cor requirere non hypocrisim operum.

Ipse.] Heb. Istud.

### CAPVT XXXI.



vbiſtuitur Iosue, de quo ſupra dictū eſt cap.1. & 3. Et præcipitur Deut. legi ſepa-  
timō quoq; anno omni populo ut dixi-  
mus in principio libri, Deinde uſq; ad fi-  
nem capitī prädicitur populus à deo ſuo recessurus.

In tabernaculo testimonij dicit. Nā hoc testimonij & ſignum erat q; habebāt deum eiusq; uerbū inter ſe, ſecundū promiſſionem. Habitabo in medio uestri. Itē Exo.25. Inde präcipiā et loquar ad te ſuper propiciatoriu. i. Christū &c. Præterea tunc nube tectus appa-  
ruit, qui olim uenturus erat Christi humanitate tectus,  
& qui occulto ſpiritu non tamen occulta operatione illabitur mentibus credentium.

Fornicabitur &c.] Hæc indicat liber Iudicum &  
regū &c. [Abscondam &c.] id eſt excæbitur,  
ut amplius meam ueritatem non uideat &c.